

Aduertencias para

Mendicantibus quām non Mendicantibus
etiam Minimis, & omnes exemptiones &c.
siue per viam extensisōnis, siue communicatio-
nis approbat confirmat, innouat, communica-
cat, & de nouo concedit. Ex quo omnia priuilegia
Religiosorum hactenus concessa sunt
nunc de nouo data, id est, perinde esse sicut si
de nouo emanarent à Sede Apostolica. Nā licet
per verbum innouamus non datur nouum
iūs sed antiquum confirmetur: per verbum
de nouo concedimus datur: ut supra diximus
in expositione indulti eiusdem Pauli 4. Præ-
dicatoribus concessi.

28 ¶ Secundo omnia per Imperatores,
Reges, aut alios Principes dat Religiosis
concessa, approbat, confirmat, innouat, & de
nouo concedit: & perpetuam firmitatem ha-
bere vult. Quæ concessio magna est & fauor-
abilissima, ut supra annotauī ex eodem Pau-
lo. 4. in priuilegio Magistro Generali Prædi-
catorum concessōnum.

¶ Tertio omnia & singula priuilegia quo-
modolibet concessa, siue per viā cōmunicatio-
nis, siue extēsionis, vel quomodo siq, alio mo-
do, vult, & debeat in ampliorē & fauorabiliō-